Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Bibliorum summae - Cod. Aug. pap. 27

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Thobias

urn:nbn:de:bsz:31-72803

Visual Library

eorum a captivitate et resurrectionis eorum usque ad finem In tricesimo quinto anno trans-
migrationis postquam percussa est civitas facta est manus domini super ezechi-
elem et adduxit in spiritu in terram israel super montem excelsum Et ostendit
ei dispositionem civitatis et templi Moritur in caldea inter captivos iudicat
transgressores legis et populi quosdam de tribu gad et dan eo quod in
dominum committerent impia legis persequendo custodes et ferunt contra eum
prodigium magnum Ita filii eorum et iumenta pecora eorum a serpentibus
perierunt Et predixit eis tribus ille non reverterent ad propria sed in medio
regionibus remanerent propter quod quaerebant in eum disceperunt eum
equis pro trepidinem sapor et conliberaverunt eum et sepelierunt
in sepulcro sem et arphaxat Iste propheta dedit signum populo in fluvio
thobie qui caldei irruerunt super concaptivos propter quibus suis super
aquam ambulans cum omni multitudine ad alteram ripam se recepit
et obviam hostium eius sequebatur submersi sunt Et qui volebat subito
largam piscium copiam populo prestitit ad vescendum

Hystoria Thobie

Hystoria Thobie Quo ordine habuit in captivitate decem
tribuum hanc transtulit Jeronimus ad petitionem cromatii et
heliodori episcoporum de sermone chaldeorum in latinum Mores
thobias ex tribu neptalim fuit Cumque ceteri ad
vitulos aureos quos fecerat Jeroboam rex ascenderent in
bethel ut adoraret deum israel primitias et decimas offerens ita ut
in tertio anno proselitis et advenis ministraret decimationes in diebus
in terras anno proselitis et adveniens Accepit sibi uxorem
legem dei puer observabat Factus est autem vir et accepit sibi uxorem
annam de tribu sua et susceptum ex ea filium nomine suo vocat thobiam
captus inde cum uxore sua et filio habitavit in ninive et custodivit
cum ne quis contaminaret in cibis gentilium Et dedit illi deus gratiam
et oculis salmanasar qui dedit ei potestatem eundi captivos faciendi quaecumque
voluisset Cumque deambularet per regione eundi captivis dans monita
salutis venit in rages civitatem medorum et vidit contribulem suum ga-
belum egentem et reliquit ei sub cirographo decem talenta argenti
Mortuo autem salmanasar filius eius sennacherib filiis israel habuit
exosos Cumque reverteretur sennacherib a iudea fugiens manum
domini iratus multos hebreorum occidit quorum corpora thobias sepelivit Quod
intelligens rex tulit eius substantiam et eum iussit occidi Thobias vero
fugiens latuit post xl dies cum esset rex occisus a filiis suis reddita thob-
bias et restituta sunt ei ablata Quadam die cum parato esset prandium in
domo thobie dixit ad filium vade et adduc aliquos de tribu nostra timen-
tes deum ut comedant nobiscum qui reversus nuntiavit unum de hebre-
is iugulatum iacere in platea Et exiliens thobias ieiunus tulit corpus
in domum suam et post solis occubitum sepelivit illud Contigit autem ut qua-
dam die fatigatus a sepultura veniens domum iactaret se iuxta parie-
tem et obdormiret et ex nido hirundinum calida stercora super oculos
eius inciderunt ut fieret cecus hoc factum est ad eius phalanx et exemplum
patientie Ita et sanctus iob Benedixit dominum Anna vero uxor eius ibat
ad textrinum opus cotidie et de labore manuum suarum quod consequi po-
terat deferebat Factum est autem ut edum caprarum detulisset domum cuius
balatum vir audiens ait videte ne furtivus sit Sed hoc irata uxor reddit
manifeste facta est spes tua vana et elemosine tue paruerunt Et ingemuit tho-
bias et ait domine secundum voluntatem tuam fac mecum et precipe in pace recipi
spiritum meum Expedit enim mihi magis mori quam vivere Eadem die contigit ut sara
filia raguel audiret improperium ab ancilla sua dicente sibi Interfectrix

viros tuos nunquid occide me vis sicut occidisti septe viros tuos sicut
ei tradita septe viris Et demon noie asmodeus occiderat eos Sara
vero tribus diebus ieiunans in oracione persistebat orans Precato dnum ut de
vinculo improperii huius Eo tpe exaudite sunt preces amborum Et
missus est raphahel angelus ut curaret ambos Igitur thobias putans se
exauditum ut moreretur Dixit ad filium suum Audi fili mi verba mea et qui fundamentum
in corde tuo constitue Cum mortuus fuero sepelias me et matrem
tuam omnibus diebus vite in mente habeto deum et serva mandata eius et de
substancia tua da pauperibus A fornicacione et superbia abstineas Consilium
a sapiente perquiras A peccatoribus declina Mercedem mercenarii non maneat
apud te Noli timere fili quoniam pauperem vitam gerimus habebis
multa bona si timueris deum Preterea scito quod dedi gabelo decem talenta
argenti in rages civitatis cuius cyrographum penes me habeo Perquire
tibi fidelem virum qui tecum eat salva mercede tua ut recipias
pecuniam Et egressus thobias invenit iuvenem succinctum et quasi ad
iter paratum nesciens quod angelus erat Cum intelligeret ab eo quod
vias regionis medorum novisset et gabelum in rages duxit eum ad patrem
Cui invicem gaudium tibi sit semper Dixit thobias Quale gaudium erit
michi qui lumen celi non video Cui ille Forti animo esto in proximo est ut
a deo cureris Cui thobias potes filium meum ducere ad gabelum Cui
dixit ego ducam et reducam eum Cum paratis necessariis ambulaverunt
sibi et canis secutus est eos Mater vero flebat dicens Sufficiebat nobis
paupertas nostra ut Prima mansione mansit iuxta fluvium
tygrim Et thobias lavit pedes suos et piscis egrediebatur ut devoraret
eum et timens clamabat Et ait angelus apprehende caudam eius et trahe
eum ad te et fecit sic Et ait angelus Exentera piscem hunc et cor eius
et fel et iecur et serva tibi valent enim ad medicinam Et assaverunt thobias
partem piscis et comederunt et partem salsam secum tulit Cumque sibi
querent thobias azaria frater ubi manebimus nocte ista Dixit
angelus Est hic raguel propinquus tuus habens filiam unicam que debet
tibi cum omni substancia eius Et ait thobias Audio quod tradita sit septem
viris et omnes sunt a demone Cui angelus Noli timere super non timentes
deum demonia habent potestatem Tu autem cum acceperis eam tribus diebus
contineas ab ea Et nocte orabitis Prima nocte partem
de iecore piscis pones super prunas et fumo hoc fugabitur demon
Secunda nocte orabitis deum ut benediccionem et semen patriarcharum
consequamini Tercia nocte benediccionem consequamini
propagacione que sit vestra Quarta nocte accipies eam in timore dei et amore filiorum magis
quam libidine ductus Tandem ingressi sunt ad raguelem Cum diceret
raguel quam similis est iste consobrino meo thobie Et angelus hic est filius
illius et letatus est raguel et fecit convivium Et ait thobias Ego
manducabo neque bibam nisi prius peticionem meam confirmes et des michi
filiam tuam Quo audito raguel expavit Et dixit angelus Noli timere
dare eam sibi quoniam ei debetur et propterea alius eam habere non potuit
Et ait raguel Credo quod a deo venistis et apprehendens dexteram filie
tradidit eam dextere thobie dicens Deus patrum vestrorum sit vobiscum et
coniungat vos et impleat in vobis benediccionem suam Et fecerunt conscripcionem
coniugii Et comederunt benedicentes deum Post cenam vero introduxerunt
eum in cubiculum domus et protulit thobias de cassidile suo partem iecoris
et posuit super prunas Tunc raphahel apprehendit demonium et
religavit eum in deserto superioris egypti Thobias autem ait ad virginem
Sara deprecemur deum tribus noctibus hiis Quarta autem nocte in
meo erimus coniugio filii enim sanctorum sumus Nos possumus iungi sicut
gentes que ignorant deum et oraverunt ut diceret Miserere nobis
domine ut senescamus ambo pariter sani Circa vero tempus pullorum cantu

fecit raguel parari sepulchrum. Et misit unam de ancillis ad videndum
si mortuus esset. Que reversa nunciavit eos incolumes pariter dormientes
et laudantes deum. Repleuerunt foveam quam fecerat et fecerunt
solempne convivium. Et dedit raguel thobie mediam partem omnium que possi
debat et reliquam scripturam ut reliquam post obitum suum tolleret. Tunc ait
thobias ad angelum Azaria frater scisti quomodo sit mora mea a
parentibus meis. Obsecro ut vadas ad gabelum et redde ei chirographum suum
et recipe ab eo pecuniam et moneas eum venire ad nuptias. Tunc
assumens raphahel quatuor de servis raguelis et duos camelos
venit ad gabelum et recepta pecunia duxit eum secum ad nuptias et
invenit eos discumbentes et benedixit eis. Cumque ascendisset conve-
nientes in timore domini nuptias exercebant. At parentes thobie timentes quod
moram faceret solliciti pro eo erant quia ad diem determinatam non redierat.
Mater vero eius flebat nimis dicens Heu me fili mi ut quid te mi
simus peregrinari. Raguel autem videns quod thobias non vellet moram facere
tradidit ei saram et dimidiam substantiam eius in pueris in puellis in pe
coribus et in pecunia. Parentes vero monuerant filiam suam honorare
soceros et diligere virum regere familiam gubernare domum et se ipsam
irreprehensibilem custodire. Cumque recederent pervenerunt ad charram
que est in medio itinere. Et ait angelus ad thobiam Precedamus
nos duo et sequatur nos lento gradu uxor tua et familia tua cum
animalibus et tolle tecum de felle piscis et linies eo oculos patris tui
et recipiet visum. Parens vero anna sedebat secus viam cottidie in supercilio
montis et cognoscens a longe filium venientem nunciavit hec viro suo.
Canis quoque qui fuerat in via precurrit et quasi nuncius blandimento caude
gaudebat. Tunc consurgens cecus cepit data manu puero occurrit filio et osculantes
filium fleverunt pre gaudio et consederunt. Tunc filius de felle piscis
linivit oculos patris et post dimidiam horam cepit quasi albugo de oculis eius
quasi membrana ovi. Quam apprehendens filius traxit ab oculis eius statim
visum recepit et glorificabat deum. Et ait thobias Benedico te deus israel
quia tu castigasti me et sanasti me et ecce video filium meum. Post se
ptem dies venit sara cum omni substantia et celebraverunt [illegible]
et per septem dies epulantes congratulabantur thobie. Cumque descripsisset pre
bona que fecerat angelus thobie in via rogabat eum ut dimidiam partem omnium que
attulerat reciperet. Dixit angelus Benedicite deum celi quia fecit vobiscum
misericordiam non abscondam a vobis sermonem occultum. Bona est oratio cum
ieiunio. Cum derelinquebas prandium et sepeliebas mortuos ego obtu-
li orationem tuam domino. Et quia acceptus eras deo necesse fuit ut temptaret te. Et mi
sit me ut curarem te et saram a demonio liberarem. Ego enim sum rapha
hel angelus. Cum hoc audissent turbati ceciderunt in facies suas. Et ait
angelus Pax vobis nolite timere. Tempus est ut revertar ad eum qui
me misit. Et hec dicens ab aspectu eorum ablatus est. Et thobias senior
benedixit deum. Et dixit magnus es domine in eternum quia tu flagellas et
salvas deducis ad inferos et reducis. Post hoc cum videret thobias se
mori obitum suum imminere vocavit filium suum ad se et septem filios eius quos
genuerat dixitque eis Ipse est interitus ninive. Video quod iniquitas eius
finem dabit ei. Vos autem nolite manere hic. Sed quacumque die sepe
lieritis matrem vestram circa me in uno sepulchro statim abeatis. Et mortuus
est thobias cum esset centum et [illegible] annorum. Et post modum uxor eius et
abscessit thobias ex ninive cum uxore et filiis et nepotibus et rever
sus est ad soceros suos et invenit eos in bona senectute et curam
eorum gessit et erat cum eis usque ad obitum eorum. Et nomina [illegible] septem
que dicuntur anne matris famulis uxoris thobie uxoris raguelis ma

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ter marie Anna prophetissa Et thobias iunior post centum et nonem annos
mortuus est etc.

Hystoria danielis

Prophetauit in caldea daniel qui erat de semine re-
gio et fuit adeo castus quod contribulibus suis spado videre-
tur librum transtulit iheronimus ad petitionem paule et eustochij
in latinum Confectum est autem quod nabuchodonosor duxisset
in babilone nobiles pueros iudeorum inter quos erat da-
niel et socij eius ananias misael et azarias Et mutauit rex
nomina eorum et dicti sunt baltasar Sydrach Misach et abdenago
Et tradidit eos preposito eunuchorum Et fecit eos erudiri primum
litteris grece et caldeis et iussit eis dare cibum de mensa sua propo-
situs autem eunuchorum specialem illis proposuit procuratorem malasar Time-
bat [illegible] malasar coram de cibo regis videbatur eorum
vultus macilentiores nolebat Et dixerunt ei Tempta nos obsecro diebus decem et da nobis leguminia et aquam et
contemplare vultus nostros Quod fecit malasar Et facta sunt corpora
post hec eorum limpida et laboribus apta Et dedit deus eis scientiam et pre pueris
danieli intellectum somniorum et visionum Peractis igitur tribus
annis statuti sunt coram rege nabuchodonosor de quibus quia satisfactus est rex ab
eis erant decuplum super cunctos ariolos et magos Et fuit daniel
in honore in caldea usque ad darium et cyrum etc.

Porro nabuchodonosor vidit somnium quod fugit ab eo Conuocauit
autem coniectores Et dixit eis Vidi somnium sed nescio quod vi-
derim Qui dixerunt Dicat rex somnium et interpretationem eius
indicabimus Et ait rex Nisi somnium et coniecturam eius indicaueritis
peribitis Et dixerunt Non est homo super terram qui sermonem tuum rex
possit adimplere Tunc precepit rex interfici sapientes babilonis
et querebatur daniel et socij eius ut perirent Daniel autem rogauit
regem inducias ad vnam noctem Quod factum est et orauit cum suis socijs
deum Ingressus est ad regem et dixit Non est homo sub celo qui possit
implere Sed est deus in celo qui reuelat misteria que videbant tibi
futura visiones cordis tui hec sunt Tu cogitabas super statum tuum
quis post te teneret mundi principatum quod ostendit tibi deus Videbas
coram te statuam grandem et terribilem cuius caput et collum erat de au-
ro pectus et brachia de argento ventrem et femora de ere tybie
ferree Pedum quedam pars ferrea quedam fictilis et abscisus est lapis
de monte manibus et percussit statuam in pedibus et contriuit eam et re-
dacta est in fauillam que rapitur a vento et non est inuentus locus eius lapis
autem factus est mons magnus et repleuit vniuersam terram Hanc
audi rex interpretationem eius Tu es caput aureum et post te consurget
aliud minor te videlicet medorum persarum et regnum tertium Illud
eneum scilicet grecorum quod imperabit vniuerse terre Et quartum regnum erit
velut ferreum scilicet regnum romanorum quia sicut ferrum domat omnia
metalla sic illud conteret omnia hec Porro quod vidisti partem pedum
testeam et partem ferream et sicut ferrum non potest commisceri teste sic
erunt in eo vnilices discordie et vna pars solidabitur et pars altera
conteretur Tunc suscitabit deus regnum celi quod comminuet omnia hec
regna et stabit in eternum Tunc adorauit danielem dicens Vere
deus vester deus deorum est Et dedit rex sapientibus danielis principatum
super omnes prouincias babilonis Daniel vero erat in babilone
et stabat in foribus regis etc.